
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

12, - 265
4° Pal 17
(LN bis 171)
DA BOX

moderne pergamentbind:
se Victor Madsen bind 2
nr. 3456.

[Freiburg, Fr. Riederer.]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

1905.h. 3405.
2353

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Kamintus
Lb.213,5/1 XIII
1

Regimencontra peſtilentiam ſiue Epidimiā Reuerendiſſimi domini Kaminti Epiſcopi Aruſienſis Ciuitatis regni dacie artis medicine expertiſſimi profeſſoris.

Regimen ſanitatis per circulum anni valde utile.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Ad honorem ſancte et indiuidue trinitatis glorioſeqꝫ virginis Marie et ad vtilitatem reipublice ꝓ confirmatione ſanorum ac reformatione lapſorum / volo aliqua de peſtilentia que nos frequentius inuadit ex dictis medicorū magis autenticorum ſcribere Et. primo

De ſignis pronoſticis eius.

Secundo de cauſis eiuſdem.

Tertio de remedijs.

Quarto ꝺ ꝯfortaminibus cordis ⁊ p̄ncipaliū mēbrorū

Quinto et vltimo de fleubothomia.

Igna peſtilentie ꝓnoſtica ſeptem ad preſens aſſignantur Primum eſt quando in vno die eſtiuali aura ſepe mutatur: vt ꝺ mane apparet pluuioſa deinde nebuloſa: deinde ventoſa et p̄cipue a vento meridionali.

Secundum ſignū ē quando ſepe tēpore eſtiuali dies apparent totaliter obſcuri / et velle pluere ⁊ non pluit / ⁊ ſi illud diu durauerit timendū eſt de magna peſtilentia. Tertium ſignum eſt quando ſunt multe muſce ſuper terram / et eſt ſignum ꝙ aer venenoſus eſt et infectus. Quartum eſt quando ſtelle ſepe videntur cadere et iterum ſignificat quod aer ſit infectus. et quod multi vapores infecti ſunt in aere. Quintum eſt quando cometa videtur volare. Et ſicut habetur in methauris. Iſta contingunt qñcometa apparet ſcilicet interfectio hominū in bellis ⁊c̄ vñuerſus Mors furit / vrbs rapitur / ſeuit mare / ſol operitur Regnum mutatur: plebs peſte fame cruciatur. Sextum eſt q̄ndo multa fulgura ⁊ tonitrua fiunt / ⁊ precipue venientia a parte meridionali. Septimum eſt / quando multe ventoſitates a meridie procedunt Ille enim ſordeſcunt et immunde ſunt / quando igitur iſta ſigna apparent timendum eſt de magna peſtilentia niſi deus ipſam ſua pietate vellet amouere.

De cauſis peſtilentie ſiue epidimie

Auſa peſtilentie eſt triplex / quandoqꝫ em̄ venit a radice inferiori aliq̄ndo a radice ſuperiori / ita ꝙ ſenſualiter apparet nobis / mutatio aeris Et quadoqꝫ venit ab vtroqꝫ ſcꝫ a radice ſuperiori et inferiori ſimul A radice q̄dem inferiori vt nos videmus ex latrina prope cameram vel ex aliqua re particulari corrumpi aerem in ſubſtantia et qualitate. Et eſt particularis ⁊ poteſt accidere omī die In die eciam ꝓcedit febris peſtilentialis circa quā multi medici decepti ſunt talem febrē

eſſe peſtilentialē non credentes Quandoqꝫ etiā venit a cadauerib⁹ moꝛ
tuoꝝ vel ex coꝛruptione ſtagnoꝛum ⁊ frequenter ꝯtingit in locis coꝛru
ptis | ⁊ iſta qn̄qꝫ eſt vl'is | qn̄qꝫ ꝑticularis A radice vero ſuꝑioꝛi accidit
v̄tute coꝛꝑm celeſtium ex q̄bus ſpūs vital' coꝛrumpitur in animali et d̄
illa d̄t auicēna li·iiii Ex foꝛma celi coꝛꝑa valde inficiuntur qꝛ impꝛeſſio
celeſtis coꝛrumpit aerem et ſic ſpūs coꝛrumpit̄ inhomine· A radice v̄o
ſuꝑioꝛi et inferioꝛi ſil' ꝓuenit qn̄ ex inpꝛeſſione celeſti coꝛrūpente aerem
⁊ putrefactione cadauerum vel locoꝛū cauſatur moꝛbus in hoīe et tal'
moꝛbus qn̄qꝫ eſt febris qn̄qꝫ apoſtēa ⁊ h̄ vt in plurib⁹ Aer em̄ inſpirat⁹
aliqn̄ venenoſus eſt ⁊ coꝛrupt⁹ ledens coꝛ | ita vt natura m'tipl'r aggūa
tur | imo intantum ꝙ nō ꝑcipit ſuam leſionem Nam aꝑent vrine bone
⁊ bone digeſtiones ⁊ tn̄ patiens tendit ad moꝛtem Unde multi medici
in pacientib⁹ vrinā attendentes ſuꝑficialiter loquent̄ et decipiuntur:
Neceſſe eſt igit̄ ꝙ q̄libꝫ patiens ꝓuideat ſibi de medico ꝓuido ⁊ exꝑto
Ex iſt' videntur dicta de cauſ̄ peſtilentie Sꝫ cc̄a h̄ mouent̄ due q̄ſtiōes
Pꝛima quare vn⁹ moꝛit̄ alter nō | ⁊ in illa villa moꝛiuntur hoīes | ⁊ in
illa domo ⁊ in alia nō Secunda an tales moꝛbi peſtilentiales ſint con=
tagioſi Ad pꝛimum dico ꝙ h̄ p̄t ꝯtigere ex duobus ſcꝫ ex parte agentis
et exꝑte patientis Exparte quidem agentis qꝛ illa influentia ſupeꝛcele=
ſtis directi⁹ influit illum q̄ꝫ illum et illum locum Sed exꝑte patientis
qꝛ ille eſt magis diſpoſitus ad moꝛtem quam alter · Undenota ꝙ coꝛ=
poꝛa magis diſpoſita ſunt coꝛpoꝛa calida latoꝛum poꝛoꝛum coꝛpoꝛa in=
fecta | et hn̄tia poꝛos opilatos multis humoꝛibus Unde coꝛpoꝛa | q̄bus
fit magna reſolutio | ſicut ſunt homines abutentes coitu vel ſeruientes
balneis | homines qui calefiunt magno laboꝛe vl' magna ira habent coꝛ
poꝛa magis diſpoſita ad moꝛbum peſtilenticum Ad ſecundum dico ꝙ
tales moꝛbi peſtilentiales ſunt contagioſi quia a coꝛpoꝛibus effluunt in
fecti humoꝛes ⁊ fumi venenoſi aerem coꝛrumpentes | ⁊ ideo fugiendū
eſt ab infectis ymmo tempoꝛe peſtilentiali nemo debet ſtare in cumulo
populoꝛum quia aliquis ipſoꝛum poterit eſſe infectus · Ratione cuius
pꝛudentes medici viſitando infirmos ſtant longe a patientib⁹ tenentes
faciem verſus feneſtram Sic etiam ſtare debent infirmoꝛum ſeruitoꝛ=
es Unde patienti bonum eſt per dies mutare cameram et frequentius
habere feneſtras verſus boꝛeam vel verſus oꝛientem apertas Fene=
ſtre vero verſus meridiem teneantur ſemper clauſe · Uentus enim
meridional' habet in ſe duas cauſas putrefactionis Pꝛima eſt ꝙ debi=

litat corpora tam ſanorum q̄ꝫ infirmorum Secunda eſt q2 ſicut patet iii
amphoriſmorum Auſter ventus inflatus grauat auditum ⁊ ledit cor q2
aperit poros corporis ⁊ intrat vſqꝫ ad cor Quare bonū eſt ſano tempe
peſtis quādo flat ventus meridionalꝭ manere in domo per totum diem
Si autem neceſſe fuerit vt exire debeat maneat in domo vſqꝫ ad eleua-
tionem ſolis ſuper orſontem noſtrum.

De remedijs peſtilentie

Iſtis cauſis peſtilentie dicendum eſt qualiter quis ſe debeat a
peſtilentia preſeruare Pro quo notandum eſt iuxta dictum
ſummi medici per dauid dicentem quod homo primo ſe debeat
diuertere a malo ad bonum ⁊ humiliter peccata ſua cōfiteri / quare ſum-
mum remedium eſt tempore peſtilentie pn̄ia et confeſſio ceteris medi-
camentꝭ preferantur / promitto tamen ſumme ꝙ bonum remedium eſt
fugere et locum infectū mutare Sed q2 multi commodoſe locum mu-
tare non poſſunt ideo q̄ꝫtum poſſibile fuerit / ab eis omnis cauſa putre-
dinis euitetur et ex conſequenti omnis coitus eciam precipue cauend9
eſt vent9 meridionalꝭ q2 naturaliter inficit Claudantur ergo feneſtre (
vt dictum eſt) verſus meridiem vſqꝫ ad horam primam / aperiantur
verſus ſeptentrionem Eadem de cauſa omnis fetor eſt euitandus vt-
puta ſtabulorum / camporū / plateaꝝ / ⁊ precipue infectorum cadaueꝝ
putrefactorum / et maxime fetor aquarum nam in aliquibus domibus
conſeruatur aqua per duos dies vel noctes / vel ſunt tranſitus ſubter-
ranei aquarum in quibus ſeruantur aque proiecte que etiam magnum
cauſant fetorem Ex iſta cauſa etiam cōtingit ꝙ aliqui moriuntur in illa
domo vbi talia contingunt et in alia nō vt dictū eſt Similiť in illo loco
vbi effunduntur olera putrida q2 olera putrefacta faciunt nociuum fe-
torem Unde ſicut per odorem aromaticum cor ⁊ ſpūs recreantur / ita
ex nociuo debilitantur Quare ſeruanda eſt domus ne aer infectus ſub-
intret Aer enim infectus hūidus eſt et putrefactionem in domo vel in
loco dormitionis naturaliter cauſat Subtilietur igitur domus ꝑ claraꝫ
flammam et fiat ignis clarus de lignis Fiat etiam cum fumigatōe her-
barum infra ſcriptarum videlicet baccelauri / iuniperi / vberiorganꝭ
et habentur in apotecis / abſinthij / yſopi rute / arthimeſie atqꝫ ligni alo-
es quod melius valeret / ſed pro paruo precio comparari non poteſt / ⁊
talꝭ fum9 inſpireť ꝑ os ⁊ nares q2 ſic interiora ratifiant Eadē de cauſa
viteť oīs repletio / quia corꝑa plena malis hūoribus inficiunť facilius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Unde dicit Auicēna quarto canonis ꝙ illi qui repletionem ſemꝑ curant periodum ⁊ finem vite ſue abbreuiant. Item eadem de cauſa balneum cōe euitet | qꝛ modicum fermentum totam maſſ... corrumpit. Unde finaliter omnis multitudo vel ꝯmunitas euitet inqantū poſſible ſit ne ab anhelitu infecto aliquis inficiat Sed qn̄ fieri non poteſt vt ꝯmunitas euitet tunc vtat remedijs infra ſcriptis De mane qn̄ aliqs ſurgit mox paꝝ comedat de ruta lota in aq̄ mūda ⁊ ſale aſperſa cū nuce gallica vna val duab⁹ bene mundatis. Si aūt illud habere nō pt: tunc cōedat panē vel tortam intictā aceto et h maxime tēpe turbido vel nebuloſo. In tpe etiam peſtilentie melius infra domū manere videt ꝙ exire | nec eſt ſanū ire ꝑ villā vel ciuitatem Dom⁹ etiam aſpgẽt ⁊ ſpecialiter in eſtate cum aceto ⁊ roſis ⁊ folijs vitis imo bonum eſt in die frequentur lauare manus cum aqua ⁊ aceto ⁊ poſtea faciem tergere ⁊ odorare ad manus Bonum eſt igitur tam in eſtate ꝙ in hyeme acetoſa odorare In monte aūt peſſulano cōmunitatē vitare nō potui qꝛ tranſiui de domo ad domū curando infirmos cauſa pauptatis mee Unde ſpongiam vel panem intinctam aceto mecum portaui tenens ad os ⁊ naſum qꝛ omnia acetoſa opilant meatum humorū nec faciunt venenoſa intrare | ſic talem euaſi peſtilentiam ſocijs meis non credentibus me vitam retinere potuiſſe. Omnia autem iſta remedia per meipſum probaui.

De confortaminibus cordis ⁊ alioꝝ menbrorum

Ordis ꝯfortamina hec ſunt crocus | caſſiafiſtis | plantago cum ceteris herbis q̄ ratificant ſpiritum interiorem. Hec enim precipue valent in vulgari cōitate vbi faciliter contingit ꝙ vnus inficiatur ab alio | idio ſūme caueatur ne anhelitus inſpiretur ab aliquo Oculi etiam ab aere infecto obſcurantur ſi hō non portauerit predicta in manu. Ualde etenim ſanum eſt ꝙ lauentur os oculi ⁊ manus ſepius in die cum aq̄ roſacea aceto mixto Si autem predicta babere nō poteſt tunc faciat cum aceto et ſic iſtis ſeruatis cōmunitatē intrabis Habetur etiam ꝑ magno remedio laxatio ventris | Si autem naturaliter fieri nō poteſt laxatio ventris ꝓuocet artificialiter ꝑ ſuppoſitoriū | ad quod bene valent pillule peſtilentiales que hn̄t in apoteca In domo etiam ſempeꝛ teneatur ignis qꝛ multū inpedit impſſionem celeſtem ⁊ clarificat aerem De cibo autem ſpecialiter dico ꝙ tyriaca ſumme vtilis eſt tam ſanis ꝙ infectis Sumatur igitur bis in die cum vino claro lymphatico vl cum aqua clara roſacea aut cum ceruiſia clara nec ſumatur ō tryiaca niſi ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

6

quantitatem vnius piſi / de vino vero aqua vł ceruiſia ad quantitatem duorum coclearium tiriaca in vaſe penitus diſſoluatur differatur enim prandium vſqꝫ ad medium diem vt tiriaca ī corpe ſuam exerceat oper ationem Bonum inſuper ferculum cum vino puro ſepe in die ſumendū eſt nō multum ſimul qꝛ nimia ſup habundantia putrefactionē humorū inducit Caueantur in cibis omnia calefactiua vt ſtꝫ piper ꝛ allium licꝫ enim pip cerebrū a flegmate purgat et ſpritualia mēbra a viciosꝭ hūori bus quia tamē nimis calefacit ꝛ calefactio puterfactiōem inducit plus videꝭ ſola amaritudo ꝙ̄ caloꝛ odoꝛ ꝛ ſapoꝛ in ipſo placuiſſe / alliū etꝫ licꝫ a flegmate purget et malos humores eijcit et prouocat apetitum cō medendi et aerē ſiccū intrare non pmittit ꝛ qꝛ oculos pturbat et caput vniuſcuiuſqꝫ ſepe cōedentis calefacit iō nō videꝭ placuiſſe Peſtilentia enim ex calida cauſa ſepe augmentatur / omnes igiꝭ cibi q̄nto faciliorꝭ digeſtionis ſunt tanto meliores De mane ſumantur cibaria bullita de nocte vero aſſata / brodia ꝛ pulmenta vitentur niſi fuerint acetoſa Tpe enim peſtilentie preualent fercula acetoſa oībꝰ medicinis Silꝛ euitari deberꝫ omnis fructus niſi ſint acetoſi vt ſtꝫ ceraſa malagranata aut mo dicum de piro vel pomo loco medicine Nam omnis fructus putrefac tionem inducit Spēs cōiter conuenientes ſunt zinziber cinamomum ciminū flores muſcataꝝ ꝛ crocus cum hijs eſt optia ſalſa pro diuitibus pcuraꝭ Si ſtꝫ paupes recipiant rutam ſaluiam nuces gallicas petroci linum ꝛ cum aceto miſceāt ſilꝛ et eſt bona ſalſa Si autem mediocres ſtꝫ recipere dn̄t ciminumꝛ crocū ꝛ miſcere ſilꝛ cum aceto talꝫ ſalſa valet et oēꝫ putrefctōem prohibꝫ Etiaꝫ iocunditas cordis magnum remedium ſanitatis eſt in corpe Quare cauendum eſt tpe peſtilentie ne q̄s mortēꝫ timeat ſed ſine timore et ſollicitudine peſtilentialꝫ morbi vel periculi cu iuſcumqꝫ lete viuendo et diu viuere ſperet. De fleubotbomia

Leubotbomia ſelꝛ in menſe fieri poteſt niſi etas vel aliquod hmōi prohibeat vt apparet in pregnantibus vel in aliquo debili vel in patientibus fluxum ventris Fiat autem fleubotbomia in baſilica dextra vel ſiniſtra ante comeſtionem poſt inciſionem vero baſilice valet eſſe gaudioſum ꝛ bibere bonum vinum vel bonam ceruiſiam ſemp tn̄ tpate nec eſt conueniens dormire illo die in qua baſilica eſt inciſa Si q̄s aūt apoſtemate ſe g̃uatū ſenſerit vł iam eſſe infectū tūc oīno vitet ſomnum ambulando quid in ſōno caloꝛ intrinſece venenum inducit ad coꝛ et ad alia membra ſpiritualia ita ꝙ vix aliqua herba ptiłe venenū ad ſtatum

priſtinum reuocare qđ tñ non fieret ſi homo eſſʒ in motu Sed diceret qs ex quo ſomnus dʒ vitari quid ſi haberet ſomnum naturalem Ad hoc dic breuiter ꝙ in tempore peſtilentiali ſtati pꝰ comeſtiōem ſi qs hr̄et libidinem dormiēdi tūc talꝭ libido debet reuocari per ſpaciū in ortulis vł in campis ⁊ ſic ſomnꝰ naturalr̄ pt̄ fieri ꝑ vnam horam pꝰ ꝯgeſtionē. Dicit igit̄ Auicenna ꝙ ſi homo vellet dormire / debet bibere bonū hauſtū ante dormitionem qꝛ homo in ſomno exiſtens attrahit multos humores ⁊ illi mali humores depelluntur ꝑ humorem boni hauſti. Sed diceret quis quō debʒ ſentire homo qñ ſit infectꝰ: ad hͦ reſpondeo ꝙ homo q̄ infectus eſt tali die nō multū comedit qꝛ eſt repletꝰ malis humoribus ⁊ ſtati poſt prandium habet libidinē dormiendi ⁊ magnam calefactionē ſub frigore ſentit: habʒ etiā magnū dolorem in anteriori pte capitꝭ: ꝑ oīa iſta debet reuocare ꝑ ſpaciū modicū hincinde Equitare autē uel ambulare nō poteſt ꝓpter nimiā pigriciā corpis ⁊ ponderoſitatē nā homo infectꝰ ōi hora libidinē habʒ dormiendi qꝛ venenū intrinſecū ꝑturbat ſpiritū vitalē ſic ꝙ ſemꝑ tendit ad requiem Ex iſtꝭ ſignis homo ſentit ſe infectū. Si quiſ autē credere nollet expectet ꝑ mediū diē ⁊ ſtati ſentiet apoſtema ſb brachijs uel circa pudibūda vł circa aures Eſt autē ſum̄um remedium ſi quis ſenſerit oīa p̄dicta tp̄e peſtilentie ut ſomnū vitet qꝛ ſicut ex p̄dictꝭ patet ꝙ in ſomno ſpūs uitalis q̄eſcit venenū autē ſp ſpargitur ꝑ mēbra hincīn: hec oīa ꝑ meip̄m ꝓbaui Jſtꝭ ăt ſic ſtantibꝰ qñ homo ſenſerit ſe ēe infectū q̄ȝ citiꝰ fieri poteſt eodē die ſanguinē minuat abunde vſqȝ ad ſincopi .i. ad ꝯtriginē qꝛ ꝑua minutio ſanguis venenū excitat / ſi ăt homo non vellet incidere plꝭes venas ſimł permittat tranſire venam inciſam vt prius dcm̄ eſt vſqȝ ad retardationem ſanguis qꝛ ꝑua fluxio ſāguis venenum fortius excitat vt patuit Item homo inciſus venis ſiue ſit infectus ſiue non ſp vitet ſomnum per diē vſqȝ ad mediam noctem et ſemꝑ in eadem parte corporis in q̄ apoſtema apparuerit fiat inciſio vene Si vero apparet apoſtema ſub brachio dextro fiat fleubothomia in medio eiuſdem brachij de mediana.

Si autem ſub ſiniſtro fiat fleubothomia in mediana eiuſdem brachij vel in epatica. i. in vena circa paruum digitum. Si circa pudibunda fiat fleubethomia in pede eiuſdem lateris circa calcem.

Si autem apoſtema fuerit in collo tunc fiat fleubothomia de cephalica circa pollicem in manu lateris eiuſdem vł mediana eiuſdem brachij vel in manu eiuſdem lateris circa digitum minorem. Si autē appar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

uerit circa aurem fiat fleubothomia de cephalica eiuſdem lateris | uel de
vena que eſt inter indicem ꝛ pollicem ne multa venenoſa inuadant ce-
rebrum : vel de vena que eſt circa minorem digitum vel circa articulũ
que a multis medicis dicitur baſilica : ſi apparuerit in ſcapulis minue
cum ventoſis et primo minue medianã : ſi in dorſo minue ſupra pedicam
magnam : et hec omnia fiant ſi homo non dormierit ante cognitionem
apoſtematis Si autem talia apoſtemata ſenſerit poſt dormitionem tunc
debet fieri minutio in parte crucifixa vt ſi apoſtema apparuerit in brach
io dextro fiat fleubothomia de brachio ſiniſtro de epate vel baſilica vel
de mediana : et ſi apparurerit apoſtema ſub brachio dextro fiat quod di-
ctum eſt de brachio ſiniſtro et ſic de aliis locis in quibus apparuerit apo
ſtema ita ꝙ ſemper fiat oppoſito modo Minutus vero ſi ſit valde de-
bilis tunc poteſt fieri dormitio poſt medium diem et ſemper infra me-
dium diem debet eſſe in continuo motu equitando vel tranſeundo mo-
derate Et ſi poſtea creuerit apoſtema non timeat : quia tale apoſtema
eſt malum expellens et reddit hominem valde ſanum. Ut autem citius
et facilius apoſtema matureſcat et rumpatur debet fieri medicamentũ
tali modo Tere folia ſambuci et adde ſinapum tritum et fac emplaſtrũ
deinde ſuperpone apoſtemati : aliqui cirurgici volunt ꝙ addatur tiri-
aca : ſed ſumme ſuadeo ꝙ non fiat : nam ipſa tyriaca venenum ex-
pellit : melius vero videtur ſi aliquis haberet apoſtema ꝙ bibat tyri-
acam et ſic expellat venenum. Item aliud remedium accipe barbam
iouis ſerpillum gallice ſeruefil plantaginem et modicum de ſiligine et
tere hec omnia inſimul donec videt aquam inde exire deinde miſce illã
aquam cum lacte mulieris et da illi bibere qui apoſtema habuerit ꝛ hoc
fieri debet ieiuno ſtomacho quia co melius operatur in homine. Item
cum primo apoſtema apparuerit recipiet auellanas | ficus | rutam et cõ
tundat ſimul deinde ſuperponat. Et hec ad preſens dicta de peſti-
lentia ſufficiant. Si quis autem ſecundum modum predictum ſe rexe-
rit huius morbi contagioſi pericula bene euadet preſtante domino no-
ſtro Jheſu Criſto ſine quo nihil fieri poteſt qui eſt omnipotens ꝛ glori-
oſus et laudabilis et benedictus cum intemerata virgine Maria ma-
tre ſua in ſecula ſeculorum Amen.

Tractat⁹ de regimine peſtilentie dñi Kaminti Epi aruſienſ Ciuitatl
regni dacie artis medicine expertiſſimi profeſſoris finem habet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Incipit regimen ſanitatis ꝑ circulum anni ualde vtile ·

Januarius

In iano claris calidiſq; cibis potiaris
Atq; decens potus poſt fercula ſit tibi notus
Ledit enim medo tunc poratus bene credo
Balnea tutius intres | et venam findere cures

Aquarius

Aquarius | calidus | et humidus | bonum
Vngere crura caue cum luna videbit aquoſum
Inſere tunc plantas | excelſas erige turres
Et ſi carpis iter tunc tardius ad loca tranſis

Februarius

Naſcitur oculta febris februario multa
Potibus et eſcis | ſi caute viuere velis
Tunc caue frigora | de pollice funde cruorem
Suge mellis fauum | pectus qui morbo curabit

Piſcis

Piſcis frigidus et humidus indifferens
Piſcis habens lunam noli curare podagram
Carpe viam tutus ſit potio modo ſalubris

Martius

Martius humores gignit varioſq; dolores
Sume cibum pure cocturas ſi placet vre ·
Balnea ſunt ſana ſed que ſuperflua vana
Vena nec abdenda : nec potio ſit tribuenda

Aries

Aries calidus eſt et ſiccus bonum
Nil capiti noceas aries cum luna refulget
De vena minuas et balnea tutius intres ·
Non tangas aures nec barbam radere cures

Aprilis

Hic probat in vere vires aprilis habere :
Cuncta renaſcuntur vires tunc apperiuntur
In quo ſculpeſcit corpus | ſanguis quoq; creſcit
Ergo ſoluatur venter et cruor et minuatur

Taurus

Taurus frigidus et ſiccus malum
Arbor plantetur cum luna taurus habetur
Non minus tantum edifices : nec ſemina ſparges
Et medicus caueat cum ferro tangere collum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

10

Maius

Maio ſecure laxari ſit tibi cure
Scindatur vena ſed balnea dantur amena
Cum calidis rebus ſint fercula ſeu ſpeciebus
Potibus aſtricta ſit ſaluia cum benedicta ·

Gemini

Gemini calidum et humidum malum
Brachia non minuas cum luſtrat luna gemellos
Unguibus et manibus cum ferro cura negetur
Nunqꝫ portabis a promiſſione petitum

Junius

Jn iunio gentes perturbat medo bibentes
Atqꝫ nouellarum fuge potus ceruiſiarum
Ne noceat colera valet hec refectio vera
Lactuce frondes ede | ieiunꝰ bibeqꝫ fontes

Cancer

Cancer frigidus et humidus indifferenter
Pectus pulmo iecur in cancro non minuantur
Somnia falſa vides vtilis ſit emptio rerum
Potio ſumatur ſecurus perge viator

Julius

Qui vult ſolamen Julius probat hoc medicamen
Venam non ſcindat nec ventrem potio ledat
Sõnum conpeſcat ⁊ balnea cuncta paueſcat
Prodeſt vnda recens | allium cum ſaluia munda

Leo

Leo calidum et ſiccum malum :
Cor grauat et ſtomachum cum cernit luna leonem :
Non facias veſtes nec ad conuiuia vades
Et nil ore vomas | nec tunc capias medicinam

Auguſtus

Quiſqꝫ ſub auguſto viuat medicamine iuſto
Raro dormitet eſtum coitum quoqꝫ vitet
Nemo laxari debet vel fleubothomari
Balnea non curet nec multa comeſtio duret.

Virgo

Virgo frigidum et ſiccum indifferens
Lunam virgo tenens vxorem ducere noli
Viſcera cum coſtis caueas tractare cruorem
Semen detur agro dubites intrare carinam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Fructus maturi ſeptembri ſunt valituri
September. Et pira cum vino | panis cum lacte caprino.
Aqua de vrtica tibi potio fertur amica.
Tunc venam pandas | ſpecies cum ſemine mandas.

Libra calidum et humidum bonum:
Libra Libram luna tenens nemo genitalia tangat
Aut renes nates | nec iter carpere debet
Extremam partem libre cum luna tenebit.

October vina prebet cum carne ferina:
October: Nec non aucina caro valet et volucrina
Quamuis ſunt ſana tamen eſt repletio vana.
Quantum vis comede ſed non precordia lede:

Scorpio frigidum et humidum indifferens
Scorpio: Scorpius augmentat morbos in parte pudenda
Vulnera non cures caueas aſcendere naues.
Et ſi carpis iter timeas de morte ruinam:

Scire tibi datur hic ꝙ reuma nouembre curatur
Nouember: Queqꝫ nociua vita tua ſint precioſa qꝫ dicta:
Balnea cum venere tunc conſtat nulla valere:
Potio ſit ſana ſit atqꝫ minutio bona:

Sagitarius calidum et ſiccum bonum.
Sagitarius Luna nocet femori per partes mota ſagitte
Vngues vel crines poteris preſcindere tute
De vena minues et balnea citius intres

Sane ſunt membris calide res menſe decembris
December Frigus vitetur capitalis vena ledetur:
Lotio ſit rara | bachi potatio cara
Sit tepidus potus frigori contrarie totus

Capricornus frigidum ⁊ ſiccum malum
Capricornus Capra nocet genibus ipſam cum luna tenebit:
Intrat aquam nauta citius curabitur eger
Fundamenta ruunt modicum tunc durat idipſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]

Det kgl. Bibl. Bogb.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 171 [12,-265 4°]